Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Leo papa: sermo in caena Domini

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

summus pontifex iussus fuerat intrare, reseratum sit, ut nihil iam esset discretionis ubi nihil resideret secretatis; repudiatos itaque vos debuistis agnoscere, et omne ius sacerdotii perdidisse, quia verum erat quod vobis veritas dixerat: si crederetis moysi, crederetis et mihi; Merito ergo vos testamentum utrumque condempnat, et gratia vacuos et lege privatos. qui ideo resistitis novis, quia non credidistis antiquis; nos autem dilectissimi qui ab ignorantiae tenebris liberati fidei lumen accepimus, et in novi testamenti hereditatem per electionem adoptionis intravimus, festivitatem quam israhel carnalis perdidit, gaudeamus quoniam pascha nostrum immolatus est xps; per cuius ineffabilem gratiam omnium charismatum benedictione ditamur, et ita in novitatem a vetustate transferimur, ut non solum paradisi restituamur habitaculo, sed etiam regni caelestis gloriae preparemur;

CIIII. ITEM ALIVS SERMO B LEONIS PAPE;

IIII Scio quidem dilectissimi paschale festum tam sublimis esse misterii, ut non solum humilitatis meae tenuissimum sensum, verum etiam magnorum ingeniorum superet facultatem; sed tamen mihi divini operis considerandae est magnitudo, ut vel diffidam vel erubescam de servitute quam debeo, cum sacramentum salutis humanae non liceat tacere, et iam sinitque at explicari; Auxiliantibus autem orationibus vestris adfuturam credimus gratiam dei, quae inspirationis suae rore sterilitatem nostri cordis aspergat, ut linguae pastoralis officio quae sunt gregis auribus sint utilia proferantur; dicente enim domino bonorum omnium largitore: aperi os tuum et ego implebo illud; Audemus eidem verbis propheticis dicere: Labia mea aperies et os meum adnuntiabit laudem tuam; Incipientes igitur dilectissimi evangelicam de passione domini historiam retractare, divino intellegimus dispositum fuisse consilio, ut sacrilegi iudeorum principes et impii sacerdotes, qui saeviendi in xpm occasiones saepe quaesierant, non nisi in sollemnitate paschali exercendi furoris sui acciperent potestatem; oportebat enim ut manifesto implerentur effectu quae diu figurato fuerant promissa mysterio, ut ovem significativam ovis vera removeret, et uno expleretur sacrificio variarum differentia victimarum; Nam omnia illa quae de immolatione agni per moysen divinitus fuerant instituta, xpm prophetaverant; ut ergo umbrae cederent corpori, et cessarent imagines sub praesentia veritatis, antiqua observantia novo

excluditur sacramento. hostia in hostiam
transit. sanguine sanguis aufertur. & le
galis festiuitas dum mutatur impletur;
Unde cum scribas & seniores populi ad im
pietatis consilium pontifices congrega
rent omniumque animos sacerdotum cu
ra admittendi in hoc sceleris occupasset.
ipsi se doctores legis lege priuarunt. &
spontaneo defectu ritus sibi patrios sus
tulerunt; Incipiente enim festiuitate
paschali. qui ornare templum uasa
mundare. uictimas prouidere. & legitimis
purificationibus sacratiorem diligen
tiam adhibere debuerant. parricidalis
odii furore concepto ad unum opus ua
cant. & in unum facinus simili crudeli
tate coniurant; quid exsecuturi suppli
cio innocentiae. & consummatione iusti
tiae. nisi ut & noua mysteria non adpre
henderent. & antiqua uiolarent; Proui
dentibus ergo principibus ne in festo die
tumultus oriretur. non festiuitati sed
facinori studebatur; nec religioni ser
uiebat haec cura sed criminis; diligenter
enim pontifices & solliciti sacerdotes
sediciones turbarum fieri in praecipua
sollemnitate metuebant. non ut populus
non peccaret. sed ne xps euaderet; At ihs
consilii sui certus. & in opere paternae
dispositionis intrepidus. uetus testamen
tum consummabat & nouum pascha

condebat; discumbentibus enim secum
discipulis ad edendam mysticam cenam.
cum in caiphae atrio. tractaretur. quo
modo xps possit occidi. ille corporis &
sanguinis sui ordinans sacramentum do
cebat qualis deo hostia deberet offerri.
ne ab hoc quidem mysterio. traditore
submoto ut ostenderetur nulla iniuria
exasperatus. qui uoluntaria erat im
pietate praescitus; Ipse enim sibi fuit
materia reatus sui. & causa perfidiae. se
quens diabolum ducem. & nolens xpm
habere rectorem; dicens itaque dns.
Amen dico uobis quod unus ex uobis me tra
diturus est; Notam sibi proditoris sui
conscientiam demonstrauit. non aspe
ra nec aperta impium increpatione
confundens. sed leni & tacita admoni
tione conueniens. ut facilius corrige
ret paenitudo. quem nulla deformasset
abiectio; cur infelix iuda tanta benig
nitate non uteris? ecce parcit ausibus
tuis dns. & nulli te nisi tibi indicat xps;
nec nomen tuum nec persona detegitur
sed ueritatis & misericordiae uerbo cor
dis tui tantum archana tanguntur;
non apostolici ordinis honor. nec sa
cramentorum tibi communio dene
gatur; redi in integrum & deposito
furore resipisce. clementia inuitat
salus pulsat. ad uitam uita te reuocat;

ecce inmaculati & innocentes condis
cipuli tui ad significationem facinoris
expauerunt & conuersi sibi non edito
impietatis auctore formidant; con
tristati enim sunt non de conscientiae
secreto sed de humanae mutabilitatis
incerto, timentes ne minus uerum esset
quod in se quisque nouerat quam quod ip
sa ueritas praeuidebat; Tu autem in hac tre
pidatione sanctorum abuteris domini patien
tia & absconditae tuae credis audaciae,
addis inpudentiam scelerum nec signo
euidentiore terreris; cumque se ali
a cibo in quo indicium dominus posuerat
continerent, tu manum non retra
his a parapside quia animum non
auertis a crimine; Secutum itaque est
sicut iohannes euangelista narrauit
ut eum traditorem suum dominus manifestius
designando panem porrigeret & intinc
tum, totum iudam diabolus occuparet,
& quem malignis cogitationibus obli
garat, iam proprio impietatis opere possi
deret; corpore enim tantum cum ce
nantibus secum habebat mente autem sacer
dotum inuidiae testium falsitatem
& furorem imperitae plebis armabat;
denique dominus uidens quia iudas flagitio esset
intentus, quod facis inquit facce lerius;
uox haec non iubentis est sed sinentis
nec trepidi sed parati, qui habens omnium

temporum potestatem, ostendit se moram
non facere traditori & se ad redemp
tionem mundi paternam & sequi uoluntatem
ut facinus quod a persequentibus parabatur
nec inpelleret nec timeret; postquam
ergo iudas persuasus a diabolo discessit a Christo
seque a corpore apostolicae unitatis ab
scidit, nullo dominus pauore turbatus sed de
solis redimendorum salute sollicitus
omne temporis spatium quod a persequen
tium uacabat incursu mysticis sermo
nibus sacrataeque doctrinae, sicut iohan
nis euangelio declaratur, inpendit; ele
uans ad caelum oculos & pro uniuersa eccle
sia supplicans patri, ut omnes quos dedis
set filio pater unum fierent & in gloria
redemptoris indiuidui permanerent; adi
ciens postremo illam orationem qua ait.
pater si fieri potest transeat calix iste
a me; ubi non aestimandum est quod dominus
ihesus passionem & mortem cuius iam dis
cipulis suis tradiderat notionem, uolu
erit declinare; cum ipse apostolum pe
trum deuota fide & caritate feruentem
uti aduersus persecutores gladio uetet
dicens; calicem quem dedit mihi pater
non uis ut bibam illum? certumque sit &
quod secundum euangelium iohannis
dominus ait, Sic enim deus dilexit mundum
ut filium suum unicum daret, ut omnis qui
credit in eum non pereat sed habeat

uitam æternam; Et quod de ipso ait apos
tolus paulus xps nos dilexit & tradidit
semet ipsum pro nobis hostiam deo in odo
rem suauitatis; In saluandis enim homini
bus per crucem xpi communis erat uolun
tas patris & filii. commune consilium.
nec ulla poterat ratione turbari quod
ante æterna secula & misericorditer erat
dispositum & incommutabiliter praefini
tum; Qui ergo uerum dilectissimi totumque
adsumpsit hominem. ueros & corporis
sensus & animi suscepit affectus; nec
quia omnia in illo plena erant sacramen
tis. plena miraculis; ideo aut falsis lacri
mis fleuit aut mendacio esuriei cibum sump
sit. aut simulato sopore dormiuit; In nos
tra humilitate contemptus. in nostra maes
titudine contristatus. in nostro est
dolore crucifixus; passione enim mor
talitatis nostrae ob hoc misericordia subi
it ut sanaret & ob hoc uirtutem recepit ut
uinceret; quod esaias aptissime propheta
uit dicens hic peccata nostra portat.
& pro nobis dolet. & nos putauimus illum
esse in dolore & in plaga & in uexatione;
Ipse autem uulneratus est propter facinora
nostra. & infirmatus est propter peccata
nostra. & liuore eius sanati sumus; cum
itaque dilectissimi dei filius dicit. pater
si fieri potest transeat calix iste a me.
nostrae utitur uoce naturae. & causam agit

fragilitatis & trepidationis humanae.
ut in his quae toleranda sunt. & patien
tia roboretur & formido pellatur;
Denique cessans hoc ipsum petere. &
curato quodam modo nostrae infirmita
tis metu. In quo nobis remanere non ex
pedit. in alium affectum transit & dicit;
uerum tamen non sicut ego uolo. sed
sicut tu; & iterum si non potest in quid
calix iste transire a me. nisi illum bi
bam. fiat uoluntas tua; Haec uox capi
tis salus est totius corporis; haec uox
omnes fideles instruxit omnes con
fessores accendit. omnes martyres
coronauit; Nam quis mundi odia.
quis temptationum turbidines. quis por
se & persecutionum superare terrores.
nisi xps in omnibus & pro omnibus diceret
patri. fiat uoluntas tua; discant igitur
hanc uocem omnes ecclesiae filii. ut mag
no precio redempti. gratis iustificati.
& cum aduersitas uiolentae alicuius
temptationis incumbet. praesidio
potentissimae orationis utantur. ut
superato tremore formidinis. accipi
ant tolerantiam passionis; Huc iam
dilectissimi ad persequendum ordi
nem dominicae passionis sermo est
dirigendus. quem ne uos cumulo
perplexitatis oneraremus. In quarta feria
diuiso labore differimus. adest pre

cantibus uobis gratię di quem mihi sol
uendi debiti tribuat facultatem.
per xpm dnm nm; ihm xpm qui uiuit et regnat tecum cum patre et cum spu sco in saecula saeculorum amen.

FERIA V

LECT SCI EUANGL II SECD IOHANNE;

In illo tempr ante diem festum pascę
sciens ihs quia uenit eius hora ut tran
seat de hoc mundo ad patrem. cum
dilexisset suos qui erant in mundo. in
finem dilexit eos. et reliqua;

OMELIA LECTIONIS EIUSDEM UENERA
BILIS BEDĘ PRESBITERI;

Scripturus euangelista iohannes me
morabile illud dni ministerium. quo
discipulis in pascha priusquam ad pas
sionem iret pedes lauare dignatus est.
primo ipsum nomen paschę quid mys
tice signaret aperire curauit. ita
incipiens; ante diem autem festum paschę.
sciens ihs quia uenit hora eius. ut tran
seat ex hoc mundo ad patrem. cum
dilexisset suos qui erant in mundo. in
finem dilexit eos; pascha quippe tran
situs interpretatur. nomen ex eo uetus
habens. quod transiens in eo dns per egyp
tum. percutiens primogenita egypti.
et filios isrl liberaret; et quod ipsi filii
isrl. transierint illa nocte de egyp
tia seruitute. ut uenirent ad terram
promissę olim hereditatis et pacis;
mystice autem significans. quod in eo dns
transiturus erat ex hoc mundo ad patrem.
et quod eius exemplo fideles abiectis tempo
ralibus desideriis. abiecta uitiorum
seruitute. continuis uirtutum studiis.
transire debeant ad promissionem pa
trię cęlestis; quomodo autem transierit ihs
ex hoc mundo ad patrem. pulchro ser
mone designat euangelista cum dicit;
cum dilexisset suos qui erant in mundo.
in finem dilexit eos; id est in tantum
dilexit. ut ipsa dilectione uitam etiam
suis finiret corporalem. mox de morte
ad uitam de hoc mundo. transiturus ad
patrem; maiorem namque hac dilec
tione nemo habet. ut animam suam
quis ponat pro amicis suis; unde recte
uterque transitus et legalis uidelicet
et euangelicus. sanguine consecratus est.
ille agni paschalis. iste eius de quo dicit
apostolus; etenim pascha nostrum immola
tus est xps; iste sanguine fuso in cruce.
ille in crucis modum medio limini et su
perliminari. medius quoque et perso in postibus;
et cena in quid facta. cum diabolus
iam misisset in corde. ut traderet eum iu
das simon scariothes. sciens quia omnia
dedit ei pater in manus. et quia a deo
exiuit et ad dm uadit. surgit a cena
et ponit uestimenta sua; Loquturus
de maxima humilitate adsumptę
humanitatis. prius commemorat aeter
nitatem diuinę potestatis. ut et ipsum